

Aduertencias para

Pontifex in fauorem Religiosorum declarat
vt sua priuilegia intelligantur esse fauores,
& non odia: quandoquidem dicit: in pari em
fauorabiliorem esse interpretanda. Haben-
dum est enim velut Principis priuilegium,
quod latissime venit interpretandum: vt est
textus expressus de Verborum significat, cap.
Olim. Ex hoc apparet, q̄ si esset dubium, an ad
usum priuilegii Leonis. 10. de administratio-
ne Sacramentorum ab ipsis Religiosis sit nece-
ssarius consensus Episcopi aut Curati, an nō sit
requisitus: & si pars odiosa q̄ sit requisitus, &
fauorabilis & Religiosis ministratibus, & ip-
sis ministratis q̄ non est necessarius: oportet
in partem fauorablem vel fauorabiliorem in-
telligere & interpretari. Similiter si esset du-
biu[m], an priuilegia cessauerint eo q̄ iam fac-
ta sit Infidelium conuersio, & est pars odiosa
q̄ cessauerunt, & fauorabilis quod non cessa-
rint: oportet amplecti partem fauorablem
alia relicta. Et est irritum & inane quod secus
fuerit iudicatum, vel interpretatum, vt Papa
disponit apertissimis verbis.

¶ Quinto, Omnibus Prelatis Ecclesiæ &
aliis in dignitate constitutis quoties fuerint
requisiti ab illis quos tangit, mandat vt dent
fauo-